



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

107. Mortem suam Discipulis prædicit Iesus, & occasione petitionis matris filiorum Zebedæi, docet Discipulos, quôd non oste[n]sione Dominij, sed officio ministerij debeant esse maiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente sed etiam pro filiis Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximam autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione antea deserta, ut sanctificarent seipsum. Querentes ergo Iesum: & colloquebantur ad invicem, in templo stantes. Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederunt autem Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, & apprehendant eum. * 112.

*Cap. 107. Mortem suam discipulis prædicit Iesus, & occasione petitionis matris filiorum Zebedæi docet discipulos, quod non ostensione domini, sed officio ministerij debeant esse maiores. Matth. 20. * 104.*

*Mar. 10. * 103. Luc. 18. * 103.*

S. Mattheus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

ET ascendens Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secrete, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudetur ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes

ERant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, coepit illis dicere quæ essent ei evenitura. Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudetur ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes

Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur

S. Mattheus.

cerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Genti- bus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicit ei, Possumus. Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestate exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. et quod voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. * III.

S. Marcus.

filij Zebedæi, dicentes, Magister, volumus ut quodcumque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis, Quid vultis ut faciam vobis? Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptisma quo ego baptizor baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, ceperunt indignari de Iacobo & Ioane. Iesus autem vocans eos ait illis, Scitis quia hi qui videtur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum, potestate habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. * III.

S. Lucas.

omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim Genti- bus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant que dicebantur. * 108.

S. Iohannes.

T 3